



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||

Bernoldus <Constantiensis>

Antverpiæ, 1565

33. De septem diebus ante natale Domini

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63426)

rijs singulas matutinales laudes attribuens. Sunt autem ita descriptæ, vt eo anno ita obseruentur, cùm Natiuitas Domini in Dominicā, & vigilia in sabbathū occurrit, quod & Antiphona; Nolite timere, in quarta feria præcedenti descripta, & Antiphona Expectetur, de Catico sabbathi vigiliæ ascripta demonstrant. Vnde & ipsum sabbathum speciali matutinali lau-
to de insigniri non necesse habuit. Nam omni anno, aut eiusdē vigiliæ officium obtinebit, aut alterius feriæ, quam eadem vigilia eo anno occupauerit. Illo non negli-
genter obseruato, vt sabbathū semper de
15 vigilia ferialem psalmum & canticum cū Antiphona obtineat, & vigilia illius feriæ quam sibi védicauit, ferialem psalmum & canticum cum antiphona possideat.

20 De septem diebus ante Natale Domini,
C A P. XXXIII.

SCIENDVM itaque est, quòd prædicta officia non sunt iejunij sed dominicæ, & quinque feriarum ac vigiliæ, vnde &
25 annuatim eadem officia ab octaua die, quæ nativitatem Domini præcedit, congruè incipimus, vt totam illam septima-

F 4 nam

nam statutis officijs celebré habeamus;
nec tamen aliquem diem præter sancto-
rum institutionē huic celebritati ex no-
stra parte applicemus. Et hoc quoque nō
ociosè notandum, quia huius septimanæ

officia, et si specialiter pro ieiunio, ut prob-

batum est, non sint instituta; nūquam ta-

leiunium hys-
male quo tem-
pore occurrat
in annos singu-
los.

men illud omnino relinquunt, nisi eo an-
no, dum nativitas Domini in Dominica
occurrit. Tunc enim vigilia in sabbatho ¹⁰
euenit, & hoc ieiunium extra septimanā
in præcedenti sabbatho celebrari com-
pellit. Nam officium vigiliæ & ieiunij si-
mul vna die competenter nequeunt ob-
seruari. In omnibus autem alijs annis, id ē ¹⁵
ieiuniū aut ex integro aut ex aliqua parte
prædictę includitur, & per legitimas eius
ferias celebratur. Vnde & Antiph. de Euā
gelijs huius ieiunij, quamuis cum ipso
multotiens anticipentur, meritò tamen ²⁰
in quarta & sexta feria & sabbatho eius-
dem septimanæ describuntur, quia eas-
dem ferias idem ieiunium adeo frequen-
tat, ut vix uno anno illas ex integro dere-
linquat. Hoc quoque prouidēdum, quod ²⁵
vigilia cùm in Dominica euenerit, sex si-
bi responsoria de Dominicali historia cū
domi-

dominalibus psalmis assumat : tria ve-
rò ultima & matutinales laudes cum fe-
rialibus psalmis sabbatho concedat . Ad
Missam omnia de vigilia , sed festiuè cù
5 Alleluya veni.

De Natali Domini,

C A P . XXXIIII.

I N natale Domini finito nono respó-
10 torio, Euangelium Liber generationis le-
gitur. Deinde Te Deum laudamus, cum
pulsatione signorum dicitur; sicque fini-
tis nocturnalibus vigilijs Missa, Dominus
dixit, ante matutinales laudes, cum: Be-
15 nedicamus domino, non cum : Ite missa
est, completur : ne populo quasi licetiam
abeundi infra matutinales laudes dedisse
videamur, quas statim post Missam iterū
concrepantibus signis incipere solemus.

20

De secunda vespera sancti Stephani.

C A P . XXXV.

O M N E S authentici antiphonarij se-
cundam vesperam sancto Stephano con-
25 cedunt ex integro. vnde & reliquis festi-
uitatibus per annum hoc exemplo secun-
dam vesperam ex toto cōcedimus , etiā si

F 5 maior

Cur in Missa
prima non , Ite
Missa est, sed, be-
nedicamus do-
mino, decante-
tur.